



intelligent tam gratum, quam quod gratissimum.

## II

Imaguncula, tauro simillima, intus nigra, extrinsecus subrutila, et ab anteriori parte, \*) et a latere \*\*) a nobis delineata proposita, ex argilla ficta et quatuor pedibus instructa est, quorum posteriorum alter, nescio quo fato, abscissus est. Per medium corpus, corolla cinctum, non adeo amplum foramen, terra et globulis, sonitum edentibus, refertum, conspicitur, caput autem serpto, quoad dimidiam partem fracto, ornatum fuisse videtur. Neque etiam silentio praetermittendum mihi est, ma-

nus

\*) Fig. C.

\*\*) Fig. B.